ad quem est iturus, ita ut (3) totum lignum quod superfuerit in patronos nauium debeat euenire (4). Hoc intelligimus in naue et quolibet ligno cooperto de ducentis milliariis (5) et inde supra.

St. Tiep. A. 32.

(3) iturus, et — (4) fuerit superfluum, patroni debeant habere — (5) naue et omne ligno de CC mill.

LVIII. *De uino et aqua portandis* (1).

Confirmamus ut ituri ultra mare et (2) per totam Barbariam unum bigoncium (3) de uino et unum de aqua, et non plus, quilibet (4) eorum habere possit in naue, tam redeundo quam eundo (5). Ad omnes uero (6) alias
A. 214 partes quilibet iturus (7) duas partes de biguncio || de uino et duas (8) de aqua in naue portare ualeat (9) et non plus. Quicumque uero (10) plus posuerit (11) illud plus in (12) milliariis uel kantariis suis debeat computari. Hoc intelligimus in naue et quolibet ligno de ducentis milliariis (13) et inde supra.

St. Tiep. A, 33. — Tarr. 35.

Var. in Q: (1) LXIX. *De uino in naue portando.* — (2) et *om.* — (3) biguncium — (4) omnis — (5) e. q. r. — (6) u. *omesso.* — (7) q. i. *omesso, ed aggiunto* huius mondi — (8) partes de biguncio *aggiunto.* — (9) debeat — (10) u. *omesso.* — (11) portauerit — (12) *Qui il* « suis » — (13) omni l. de m. CC

LVIIII (1). *De farina et biscoto portandis* (2).

Statuimus ut ituri (3) ultra mare et ad omnes alias partes (4) extra Culfum quilibet eorum (5) portare possit duo staria et unam quartam inter farinam et biscotum,

Var. in Q: (1) LXX. — (2) *biscoto in naue portando.* — (3) quod illi qui debent ire — (4) huius mondi *aggiunto.* — (5) Gulfum quilibet de uobis —